

malucos qui de exercitio suo solito reuertebantur. Nam singulis diebus vel ad minnas
ter in septimana. excent mammaluci curiales in planiciem sub montibus et ibi se in bel-
licis exercent rebus. ascendunt etiam in saltus et loca altiora. actus militares agentes ut
nō modo in vallibus et planicie. sed et in montibus et collibus seipos et equos suos ex-
ercitent ad pugnam et cursum et ceterum. Multos ibi vidimus decoros iuuenes candidos et
rubecundos. similes nobiliuz patrie nostre filiis. Eratq; numerus mammalucorum tunc
temporis ad. xxiiij. milia. qui numerus ut cōmuniter cōtinuat. succendentibus ut dictū
est filiis in loca patrum. sicutq; et in pluribus mammaluci illi de schlauonia. albania.
zirkassia. et italia. per pauci vero de alemania. Ni nos pacifice pretereuntes nullam nos-
bis molestiam intulerunt.

De cōtemplatione Chayrier monte.

Vlm autem preterissent. clivum montis ascendimus per viam satis periculo-
sam. nec manere in asinis poteramus propter precipitem ascensum. Landē
multo labore in cacumen venientes. mox oculos cōiecimus ad cūitatem cō-
siderandam. que profecto magna est. et dicitur hodie esse maior cūitas in or-
be. Quidam enim qui id certum habebant afferabant eam in latitudine duodecim mi-
lia centum septuaginta duos passus habere. in longitudine vero quindecim milia centū
et septem passus. Dicitur etiā q; numerus parochiarū sive ut aiunt cōtratarum in ipa
vrbe. ascēdat ad vigintiquatuor milia. Verum ex illis nō nisi quattuor decim milia hu-
iuscmodi cōtratarum portis et seris singulis noctibus clauduntur. Lastrū vero Sol-
dani tantum in magnitudine spaciū occupat cum sua circumferentia. quantū fere op-
pidum Ulmense. vel pars altera oppidi Flurenbergensis. ita q; eques sub quattuor ho-
rānum intervallo sine intermissione faciens iter. longitudinem cūitatis forte posset tran-
sire. ipam vero totam per nouem vel decem horas circumire. Nam latitudo eius in ple-
risq; locis dimidie leuce germanice occupat spaciū. in plerisq; plus. Muschkeas pre-
ciosissimas et plurimas cū turribus valde altis habet. et credo q; Rhome nūq; tot sue-
rint ecclesie. sicut ibi sunt muschkee. oēs ex marmore polito fabricate. Ita prochdolor
satanas suas ibi synagogas ampliavit et multiplicauit.

Poero edificia in ista vrbe desorū exilia satis sunt et turpia. rtpote ex luto et latere ex-
structa. sed deintus comptius disposita sunt et ornata. mansionibus et habitaculis pul-
chris distincta.

Præterea populosior est cūitas illa q; alia vlla sub sole. crediturq; q; tota italia vix tan-
to abundet populo ut vrbs hec sola. Nam longe plures in ea sunt homines qui p̄p̄is
carentes domib; dormiunt sub diuo q; sint venetijs habitatores. Audita resero. neq;
enim ipse numeraui. Nam et iudeorū supra. xv. milia ibi dicebantur habitare. omnes
articia exercētes. vel mercationibus vacantes. Regitur autem cūitas ipa Chayrum
et administratur per regem Soldanum. post quem secundus in ordine ammiraldus
semper appellatur. post illum vero tertius diodarus. et hi tres toti presunt paganissimo.
residentiam tamē faciunt in Chayro. Unde officiales et prefecti in omnia loca. prouincias
et cūitates paganorū ex mammalucis transmittuntur. Hoc etiam certum habetur
q; abolim quidam ab oriente et occidente magno et excellenti ingenio viri. ad illam cū-
itatē p̄p̄auere. ut mira et magnalia que de ea audierant ibi viderent. Nam pitago-
ras platoq; suis relictis sedibus. in egyptum laboriosissime migrauerunt. ut memphiticos
audirent et viderent vates. Appollonius quoq; sive ille magus ut vulgus loquitur
sive philosophus ut pitagorici tradūt. post lustratū orientem ut testatur Jeronymus.
tandem egyptum intravit ut famosissimā solis mensam videret in zabulo que in Chay-
ro creditur in templo solis stetisse.

Eripecta omni cūitate Chayrina. ad nylum fluvium nos cōvertimus con-
templandum. qui eo tempore totum territoriū sua ex crescēta et inundatione

operuerat ita q̄ maior pars Chayri in vndis stare videbatur. Est autē nylus paradisi
fluius maximus et nobilissimus. qui in tres diuiditur partes principales. et in tribus
distinctis locis influit in mare. cuius vna pars tantū secus Chayrum et Babyloniam
decurrat. veniens per terras presbyteri Johannis. fluius iste in suo descensu sub Chay-
ro adhuc in duas diuiditur partes. quarū vna ad sinistram preterfluit. Vloy et Rosetū
ciuitates duas. Alia vero ad dexteram currit per dampnatam ciuitatem magnam mariti-
mam. et est quelibet harum partium seorsum multis in locis rheo maior et spaciose.
Aqua huius fluij semper est turbida instar tyberis in Rhoma. sed ubi ad modicum
tempus steterit fit clara dulcis et suauissima. Preterea nylus vbiq̄ p̄fiscib⁹ copiose abun-
dat. nec creditur q̄ in hoc parem habeat aquam in toto mundo. Sunt in Chayro plus
q̄ octo milia hominum. qui se illarum aquarū circuinductione nutriunt et venditione.
Sunt et profunde in ecclesijs et muschkeis fouee. quas dum nylus intumescit aqua
replet. que purificate egris datur in potu. et inde plerique curantur. Sunt etiam plu-
rimi ibi camelii ad hoc solum deputati. vt aquas de nylo ad perfundendum ricos comi-
portent. ne puluis ex frequenti hominum deambulatione numium eleuetur. et ita impe-
dimentum prester negotiantibus. Nam ubi huiusmodi nō fit perfusio eleuentur puluis
in altum velut fumus magnus et densus. et vix discerni potest an fumus ille ex igne ge-
neretur. vel pulucre. A multis sepe soldanis per superiora tempora missis viris quibus
dam cum naubus prouisis viciualibus: que ad biennium vel triennium sufficerent. stu-
diose inquisitum est et perscrutatum vbi nylus haberet origines primordiale. Sed
qui missi fuerant post exactum biennium vel triennium cum etiam ultra indiam longe
processissent. redeuntes dicebant se finez seu terminū nyli nullatenus inuenire potuisse.
nisi q̄ ab oriente emanat. Dicebant etiam ultra indiam nullam esse hominū habitatio-
nem. sed terram prouersus inhabitatib⁹. et tantum ibi solis esse ardorem q̄ ferre nequaq̄
potuissent. In hoc etiam fluius reperitur in india lignum illud preciosum et durissimum
quod albanum dicitur. proueniens ex paradiſo per huius fluij inde decursum siue de-
scensum. Quascunq; terras nylus preterfluit et infundit fructiferas admodum faciit et
presertim egipum. quam nisi iste fluius irrigaret tota sterilis esset et inhabitabilis redi-
deretur. Super ripam nyli muschkeam quandā vidimus a longe cum cimiterio annes-
xo. et dicebatur nobis q̄ in patrocinio siue festo eius sancti cui⁹ in honore ipa est fabri-
cata. omnes mortui ibi sepulti festo ipo durante egressi de monumentis siue motu et sen-
su sic stant cunctis cernentibus. et mortuorum solemnitate in suis se recipiunt sepulchris
et hoc singulis annis fieri asserebant. nec est adultus aliquis aiebant in Chayro qui id
ipm ignoret. nec est dubium quin opere demonū prestigiose id fiat. Lacum etiam quen-
dam vidim⁹ prope nylum qui per singulos annos instar sanguinis rubescit. in memo-
riam fortassis illius plague qua omnes aque egipci in sanguinem fuerunt conuerte.
Ibi etiam vidimus per desertum quasi usq; ad mare rubrum. sed et ortum balsami de quo
supra in villa matharea. Nam quinq; dumtaxat leucis italicis distata chayro vel pau-
lo plus. Ultra nylum etiam piramides multas cōspexitus. quas olim reges egipci sua
super sepulchra fieri procurarunt. de quibus vulgus dicit q̄ sint granaria siue horrea
quondam ab Josephi ibi pro frumentorum repositione edificata et. quod hinc falsum
liquet. quia piramides iste ab intra nō sunt cauate.
Circa illas autem piramides ingens idolum Isidis adhuc stare videtur. quod quon-
dam egipci colebat. Etiam supra piramides ipsas magne et vetustissime cernuntur rui-
ne. vbi quondam illa potentissima et nobilissima ciuitas egipci stetit. que centum portas
habuit. de qua sanctus Mauricius cum legione tebea fuit. Per nylum etiam ascenden-
do mox venitur in deserta Aran et Saran et Scithy. de quibus in vita patrum Antonij. Macha-
rij. Pauli primi heremite. et aliorum multorum. De his enī locis desertis patres sancti
in chayru venientes. sportas suas et plectas vendebat. et inde victui necessaria cōparabat
Illi in locis superiorib⁹ annis multi monachi greci morabantur. qui calogerij communi-

vocabulo nuncupantur. sed hec omnia in dies deficiunt et decrescent. charitate pristina frigescente. Non longe a monte illo: moisi prospexitus oratorium vbi deum p pha raone fertur orasse. In eo loco sarraceni muschkeam nunc fecerunt. Rursus in litore nyli sursum cundo est regio quedam Segetha nominata. vbi aues quedaz rare in magno sunt numero. videlicet psitici pellicanus et huiusmodi. Sime quocq; caudate et cati marini zc. et capite ducunt Chayrum venales in magna multitudine. Capiuntur autem in septembri presertim psitici interdu milleni simul. Igitur cum singula bmoi loca de monte fuissemus cōtemplati. descendimus per precepis viam profecto periculosisissimā. et venimus per multa cimiteria ad sepulturā soldanorū. vbi multe preciosae et noue erat edificate muschkeē. Nam quilibet Soldanus in loco quem elegerit ppriam edificat muschkeam. Modernus quoq; Soldanus cui nomen karubee ingentem et grandē iam sibi cōstruit cum turri polita et alta valde. et circa illam domos magnas cum celulis multis instar monasteriorū edificavit. quas sacerdotes de lege et ritu Dahumeti inhabitant ab ipso dispositi. qui nocte et die in muschkeā et turri clamare et v lulare nō cessant iuxta morem suum. vnde et nobis ibi transiuntibus velut canes latrabant. Ab hoc loco vi bēm ingressi magna cum difficultate ad nostrū venimus hospitium. ob hominum camelorū equorum et asinorum pressuras. quas pertransientes percussi fuimus et traxi. irrisi atq; clamoribus cōtumeliosis lacessi supra modum. Vidi quoq; plurimas per ciuitatem coquinas per ricos et plateas. quia sarraceni raro intra suas coquunt edes: sed coctos emūtib; cibos. Et dicibant nobis q; circiter. xii. milia cocorum essent in Chayro. quorum multi per ciuitatem cum coquina sua transiunt. portantes supra capita sua ignem ardente. ollas bullentes. et carnes in verubus assantes. hoc sepe numero vidimus oculis nostris.

Je. xv. octobris domi mansimus quiescentes. et quia mercatores quidam veniani q; in Chayro erant. avisatos nos fecerat: vt celerius inde recederem⁹ instemus apud patronū et hospitem nostrum trutzemannū humiliter deprecantes vt nos quātoius in Alexandriam cōduceret anteq; naues venetorum inde abirent. Habent namq; veneti semper vnam ex suis in Chayro qui et consul vocatur. qui pro defensione mercatorū in Alexandria et mercantiarū apud Soldanū laborat.

Je vero. xvi. octobris que erat festum sancti Halli cum esset eclipsis lune. sarraceni v lulatu et clamore ingenti omnes excitabant ad superstitiones exercēdas. quibus tempore eclipsis solis aut lune studiosius intendunt. Facto mane castrum domini Soldani cum trutzemannō nostro intrauimus. vbi mirabilem ordinem et numerū maximū seruorum Soldani vidimus. multitudinē etiam ingentem equorum et stabula grandia. et habitacula magna. de quibus omnibus tedium esset scribere et forte etiā crediu difficile. Ibi primum retus illud palatum hodie desolatum nobis fuit ostensum. quod quondam greci inhabitabant tempore mahumei. exstructū fortissimis muris et edificijs vt ruine demonstrant. Inde in aliud castrum quod Soldanus inhabitat processimus. vbi per duodecim portas ferreas ingredi oportet anteq; ad Soldanū reniatur. Per has introduciū ipsum in throno regis vidimus residentem in vestitu candido. et plurimos māmalucos in ordine suo cum multo silentio reverenter ipm circumstantes. Ibi etiam plures antiqui graves et maturi viri circa ipm astabant. post medicam horaz egrediente trutzemannō nos et nos castrum exiuntes. venimus in latissimā quandam plateam siue forum amplum valde. vbi cameli asini et equi venduntur. quorū ibi tunc maxima copia erat. aderantq; plurimi et māmalucis qui equos venales cōtemplariunt. Tandem cum labore domum reuersi quidam ex nostris facto prandio balnea intrauerunt. Sunt nempe preciosa et polita estuaria illis in regionibus et ciuitatibus. Ex vario marmore facta. servicia etiam sarracenorū balneariorū satis sunt studiosa. habentq; mirabilem modum ad rectificandum membrā balneantium. quidam vero ex nostris socijs ragas

No 8

tes per civitatem in domū quandam fuerūt adducti in qua grandis fornax stabat plus
res habēs p̄cūtates. in quas certo tempore tria aut quattuor mīlia ponuntur oua gal-
linarum. auarum. anserum. et columbarū. et sumo cooperiuntur. carbonesq; in debita
proportione fornaci imponuntur. ex quorum ardore oua calescit et vitella vivere mor-
ac pulli crescere paulatim incipiunt. et ita absq; incubatione matrū excubantur simul-
q; sub manu pastoris ad pascua duicuntur. vt oues vel ad forum vt ibi vendantur. Et
q; quis id ficticium videri possit. tamen reuera ita se habet. nimurum animalia illa que
humana arte et industria excubantur. disciplinabiliora sunt his que fm naturā sue spe-
ciei generantur. sequuntur enim homines sicut pulli suas matres.

Equenti bīduo ad recessum nos parabamus et interdum ad ridendum ra-
ra et mira hincide vagabamur. qui vero ex nostris Soldanum prius non
viderant illo in tempore viderūt. Porro die. xix. octobris que erat dominica
xxi. post octauas trinitatis. cōuenientibus nobis in unum v̄missam in loco
solito audiremus. ecce due uxores trutzelmanni vt misse interessent aduenerunt. ad qua-
rum presentiā dum trepidaremus q; paganas reputauimus dixerūt se esse christianas
de ecclesia catholica. nec nisi in fide nostra se mori velle affirmabāt et ita nobiscū missas
pariter audierunt. Porro peractio prandio rebus omnibus dispositis ad recessum. bur-
fas nostras aperientes pro hospitio pro familia proq; naui p̄ducta. pro assinis et equis
qui nos cum rebus nostris ad nylum deducerent pecunias exposuimus non paucas.
quo facio precedente trutzelmanno per medium chayri. pcessimus in assinis cum sarcis
nulis nostris cōtra nylum. qua in via irrisiones iterum et cōtumelias atq; etiam percus-
siones sustinuimus nō paruas. Atrebi ad portum nyli applicuimus et paratam ingressi
fuissestus nauē. trutzelmannus chayrinus ad ppria rediens nobis valedixit. et quendā
alium sarracenum dolosum in locum suū surrogavit. qui nos in alexandriam v̄sq; con-
ducere.

De transitu ex Chayro per Nylum versus alexandriam.

Taq; nūgantes per Nylum bidui spacio venuimus lento cursu ad ci-
vitatem cui nomen Rossetum. Inter nūgandum autem pertransito oppi-
do quod Uoy vocatur. Ab indeq; rossetum circumspicientes delectabi-
les pulchras et fertiles valde ad dexteram et leuam vidimus regiones: ha-
bentes ab una parte Asiam. ab alia Africam. Plus enim has duas mundi ab iniūcē
partes secernit. Oppida etiam amena et villas multas vidimus. terrasq; ortis. agris et vi-
ridarijs amissimis exornatas. in quibus cannamelle. dacili et alijs fructus mulapha-
rij cresunt. quoruū similes omnibus illis in terris nō vidimus v̄sq;. Utrum hec ameni-
tas et vberitas tantuū in illis erat terris circumiacentibus quas nylus extra alcum suū
effluens perfundere poterat et irrigare. reliqua vero terra ab utraq; parte arenosa erat
sterilis et deserta. Habuimus etiam multas naues obuiam que de Alexandria in chay-
rum pergebant. et hec a sarracenis funibus sursum per nylum trahebant. quemadmodū
naues ex Colonia per rhēnum equis maguntia trahuntur. Alique etiam naues speciebū
aromaticis onuste nos comitabantur. vidimus etiā in flumine nyli plurimos cocodrilos
qui bestijs. piscibus. et hominib; insidiant. erātq; aliqui grossi valde et longi ad sta-
turam hominū duoz; pertingentes. Aliqui etiam maiores. aliqui vero minores. habē-
q; bestie ille sordidos et horribiles aspect. corpus vero durissimis squamis vndiq; cō-
pactum atq; cōtectum in modum thoracis. quarū forme siue figure alias lacertis in ca-
pite presertim caudis et pedibus assimilant. Flusq; repertuntur alibi nisi in isto flumine
sub chayro et nō supra. Utruū etiam in mari galilæe aliquando inueniuntur sicut et plerū
q; alijs pisces in isto flumine abundant. quorum similes prefati mare galilee habet. qui
in nulla alia reperiuntur aqua. Unde nōnulli opinantur q; cōgregatio aquarium dicti
maris galilee partim ex nyllo effluat per occultos terre meatus. solent haute caput coco-
drillis pelles detrahere. et easdem desiccatos mercatorib; ns vendere qui eas in longin-
quas ducentes terras. pelles falso asserunt esse draconum.

Je itaq. xxij. octobris illucescente. in ipm portum rosseti applicuimus. nec vtra duocuntur peregrini nauigio per nylum nisi vscq; huc vt cōmunicer. et ab hinc in camelis z asinis Alexandriā aduehuntur. Quod ideo fieri didicim⁹ ne christiani ostia nyli principalia per que influit in mare possint explorare aut inuenire. Nam his cognitis et cōpertis a mari magno naues in nylum possint in ducere et ita egipio nocūmēta inferre. Porro antea q̄ res nostras de nauī deponebimus intellectimus q̄ omnes asini et camelī illius oppidi ad quendam vsum necessarium illo die fuissent assumpti. quo sicut q̄ nobis nequaq; seruire poterant nisi in crastino. dice baturq; nobis q̄ si die illo tederet ibi nos manere aliam possemus conducere nauim ea inde vscq; in mare descendere. et tandem de mari res nostras alexandriā inferre. quod cū nobis placuerit cōducta nauī alia et sarcinā nostris transpositis de priori in eam magnis clamoribus nauclerū prior impētū nauī. postulans sibi solui. xxiij. scz dñca tos quod tamen trutzelmanno chayrino antea exsolueramus. Sed nauclerū cōstante affirmabat nūl inde se accepisse. vnde breuiter vnde inde recedere et abire possemus nauī denū soluere oportebat. nec est enim ibi christiano peregrino locus vel oportunitas iusticiam inuocandi vel ad iudices recurrendi. Numrū priusq; cōtra nequissimū illum trutzelmannū chayrinū iure pcessissimus omnem nostram substantiā exposuit semus unū et in periculo vite nostre fuissimus nō paruo. ob cius tum potentiam tum fraudem. Igitur redempti a vexa per datas pecunias per aliud nyli brachium immēris laboribus remorum tractū et fūnū per aliud nyli brachium descendimus in mā recursu vltra modum tardo et lento. Inter hec quidam sarracenus per densū lūnum cum lancea ad lūtū veniens procedere nos phibebat nisi quilibet nostrum rūnum sibi madinū dedisset. Faciunt autem. xl.v. madinūnum ducatum. datis madinis rursum in litorē multū prospēximus populum cōfluxisse et multa hominū tentoria sicut sepe antea per deserū videramus. Erant autem arabes qui accurrentes funes ex manib; trahentib; nauim rapiebant nosq; ad lūtū tractos cōpellebant iterū aperire bursas dicentes sui iuris esse q̄ quicunq; eos transiret aut sponte propria aliquid eis exhibeter aut certe vi eum spoliarent etiam si Soldanus ip̄e transiret. Asserunt enī arabes se ideo omnium esse nobilissimos q̄ spolijs dumtaxat viuunt. et in solitudine morantur. nec ciuitatem nec villam nec domum vllam habentes sed cum tentorijs de loco ad locū transmigrantes. Ibis sic muneribus cōpesciūs in quandam venimus planiciem vī nyli ex vtrāq; parte alueum suum egressus totam terre superficiem ita operueratq; quasi mā re uideretur quo accidit q̄ naucleri pre latitudine et effluentia aque p̄fusi verū nyli alueum perdiderunt. a quo longius projecti in tenuem deuenientes aquam in incertum serebantur quoib; nauis terre limoq; infixa mansit immobilis stans aliquamdiu doz nec naucleri in aquam descendentes maximo cum labore nauim a loco propulerunt. quo facto iterū infixa humo stetit. vnde modo simili amota tandem immobiliter terre adhesit. nec aliquo poterat inde labore euelli quo nostro periculo aliarum nauū naucleri cautiōres faci. a via ista nostra diuerterunt. Porro vscq; ad solis occubiti ibi manentes nō paruam die illa et nocte sequenti miseriam patib; amur. nullum cocum cibū sed panem dumtaxat patimaciū vescentes et bibentes aquam turbidam ex nylo. in medijs fluctibus diem illam et noctem agentes. In crastino vero diuo munere vento asflante secundiore impletis velis inde suimus crepti. et ita vscq; ad ostium quoddam priuatum arte factum per quod nylius influit in mare repente eiecti. Lunes iam pene in lūtū venissemus alexandrinū iterū nouas exponere pecunias et dare naucleris cogebamur. de quibus in cōuentione cum eis mentio nulla fuerat facta. Tandem ex nauī in terram descendētes res nostras et sarcinas in singularem reposuimus locum. eo q̄ super lūtū maris multa substantia de speciebus aromaticis erat constituta. et sarraceni circa eas et camelarij cum camelis res ipsas in Alexandriā ducturi que adhuc ad tria milia germanica distabat non parua. Porro contentio magna inter camelarios erat. quis eorum prior suis inueniret res camelis imponendas. Pari modo de rebus

nostris accidit ferendis. Igitur a mari procedentes versus Alexandriam fertilissima montana palmis repleta habuimus ad dexteram. ad sinistram autem latissimum campum in quo salis fontes sive saline extant. Omnis namque aqua tempore inundationis nylit et crescentie maris in sal sapidissimum solis fenuore decoquitur. Unde et regio illa tota est alba quia sale vndeque respersa. Accelerauimus itaque iter eo quod fame et siti. vigilijs et laboribus affecti. Quippe quod triduo absque coctis cibis fuerat huius ipso codem sero alexandriam ingredi sperabamus. Videlicet autem in processu multas veteres structuras sive ruinas. quasi grandis aliqua civitas olim ibi stetisset. venimusque ad quendam clivum per cuius crepidinem cum ascendissimus gloriosam ciuitatem Alexandriam sub oculis habebamus. mare magno pro parte vna cinctam. pro alia amenissimam et fertilissimam ortis circumspectam. Est enim vbera sati gleba. quod suo tempore fecunda nylit aqua irrigatur. ibi crescut musi fructus scilicet dulcissimi quorum similes vidimus in orto balsami in maxima copia. ita talibus fructus varijs de pomeronibus lemonibus dactilis cassia citrinis sicubus et huiusmodi. sed pira vel poma ibi crescunt nulla. Sunt etiam in illis viridariis habitacula hominum pulcherrima pro hominum recreatione facta et cetera. Ibi aues capiuntur quedam candide et albissime quod merule nuncupantur. Ibi et leopardi inueniuntur quos arabes adhuc paruos capiunt et vendunt unum pro ducato. Igitur cum ad urbem ipsam venissimus portam primam per quam intrare volebamus sarraceni clauerunt. atque nos per totam ciuitatis latitudinem supra fossata ciuitatis circumire coegerunt et id pedestres. et cum longo et tedioso ambitu ad aliam venissimus portam. crudeliter repperimus exactorem qui de hominibus camelis et asinis vectigal graue exigebat. quo soluto intromissi per primam portam altam et magnam ferreis seris et ianuis firmatam. putabamus nos in paceque ad hospicium peruenturos. processimus ergo inter altos muros et fortes. et ad aliam portam venimus ferream et grandem. quam multi sarraceni circuibabant cumque intrare cum bestiis nostris contendemus. sustibus nos retrosum abegerunt. moxque currentes aliqui primi etiam portam. seris et repagulis recluserunt. et reuersi etiam hanc secundam claudentes. nos in medio stare dimiserunt. atque ita conclusi inter duas portas altissimis muris et turribus circumspecti sedentes paximates nostros comedebamus. et aquam que cara et modica nobis erat potabamus. nec aliud quippe etiam hac vice habere poteramus.

Porro nocte illa plerique ex nostris coperegrinis murum exteriorem ascenderentes fortalitia et fossata per circumitum contemplabantur. qui nuncus se pulchriorum aut melius munitam ciuitatem decoris menibus et firmis. altisque muris et turribus vidisse affirmabant. ab intus autem non ciuitas sed pene aceruus lapidum videretur plena ruinis et desolationibus. Cum autem mane illuminaret apertis portis pro trutzelmanno nostro Alexandrino nuncium misimus rogantes ut quod totius adueniens nos introduceret. qui cum venisset. literam quam a Soldano acceperamus ei dedimus. dominis in porta residentibus exhibendam. quam acceptam. osculato reuerenter sigillo legerunt. lecta vero litera incipientes a nobilioribus peregrinis unum post alium nudantes vestibus perquisierunt. inter quos dominus Johannes de Solms primus fuit sic perscrutatus. deinde alii per ordinem. Quicquid autem de pecunia talibus rebus venalibus apud nos in sportis et saccis inuenierunt. in locum unum seorsum deposituerunt. et cum omnia et singula exacte perscrutati fuissent secundum rerum portionem pedagium acceperunt. clericos et religiosos immunes et tabescere theloeo transire permittentes. Nam quicquid infertur vel effertur. decimus de eo denarius exigitur et nemini in hoc villa sit gratia. Ingressi ergo ciuitatem cum tam miserabiles vndeque cerneremus ruinas obstatuimus. ammirantes vehementer quod tam miseram ciuitatem circumdarent muri tam firmi et decori. Ducti ita in curiam regis sicilie que est fonticus cathaloniorum. ab ipso curie inhabitatore qui consul cathaloniorum cognominatus humaniter et benigne suimus suscepiti. assignatisque cameris res nostras itulimus in casas. Est autem fonticus domus grandis in qua et negotiatores et merces eorum con-

scruantur vbi et forum rerum venalium habet. Quaenam enim et veneti in alexandria duos habent fonticos et ianuenses unum. peregrini tamen ab omnibus in fontico catharionis se recipere consueverunt. Nam et ab eiusdem fontici consule proteguntur trutzelmanno Alexandrino sibi auxiliu ferente. Non rebus collocatis peregrini nobiles conspectui. Admiraldi. id est prefecti ciuitatis presentandi per trutzelmannum ipsorum alexandrini conducebantur. quos ille pacifice suscepitos. benignos allocutos singulorum nomina exquirens. in cartha iussit conscribi. sicut ad sua redire loca permisit.

Porro quidam ex nostris coperegrinis facta conuentione cum consule cathaloniensi. cōmensales eius fuerunt. cibo et potu perparco utentes apud eundem. qui tamen non nisi argenteis valvis inferebatur. Alij vero cum domino de Solms in sua manserunt camera. edentes et bibentes iuxtavotum et placitum iporum.

Altera die que fuit. xxv. octobris post auditam missam in capella curie memoriae que capellanum habebat sacerdotem religiosum de ordine predicatorum. clamor magnus et tumultus strepitusque populoz insoluit iuxta mare unde exterriti in altiora conscedimus curie loca. inde prospecturi quidnam esset et. Et vidimus fustes et griffas cum armatis nauibus applicare in portum. quem intrantes bombardarum fragoribus et clangoribus tubarum populorumque clamoribus aerem replebant. Erant autem sarraceni quendam prepotenter de affrica sarracenu[m] cōducentes qui in mechā sepulchrum mahometi visitaturus peregrinabatur. In mari autem existentes idez sarraceni inuentam nauem cum. xiiij. xpianis rapuerunt. rebusque inter se diuisis ipsos xpianos alexandriam vendendos adducabant. Ipsos vero sarracenos cum ad latus applicuissent mā maluci alexandrini et ciues armis decorati de ciuitate excentes honorifice suscepserunt. et cum pompa magna ac multis clamoribus ciuitatem introducebant cum spolio prefato.

Je. xxvi. octobris que fuit dominica. xxvij. post octauas trinitatis audita missa sumptuosa prandio domi mansimus quiescentes. neque enim adhuc se cure tuteque exire poteramus. eo quod trutzelmannus alexandrinus (cui quam tenebamur pecuniam nondū et solueramus) debitam nobis necdum prestitit tutelam. Quia videlicet pecunia soluta (magna satis) in crastino nos ad portas duxit ciuitatis que dicit ad mare. et dominis qui in porta sedebant nos exhibebat. in transiit et reundi quotiens liberet nobis indulxit libertatem.

Sequenti die que fuit Symonis et Iude post diuina celebrata. in eum ducti fui mus locum vbi quoddam erat carcer et adhuc est. in quo inclita virgo et martyr sancta katherina expoliata et scorpionibus prius cesa. diebus duodecim sine cibo et potu misera clausa fame et siti crucianda. sed dominus cibum ei per columbam ministravit. In quo etiam loco regina et porphyrinus miles. angelorum viderunt exercitū circa martyrem eam consolantes et ad tolerantiam martyrum animantes ut haberet in eius legendā. In hunc sanctum locum post multos rogatus fuimus introducti. et vidi mus ante dictam carcerem duas marmoreas stercor columnas satis eminentes. ab iniu cem passibus. xij. segregatas. super quas horribiles rote seu machine fuerant locate et posite. quibus virgo ipsa speciosa debuit discindi frustatum. sed ea orante confacte sunt et quasi quatuor milia gentilium inde necati. Eodem etiam in loco quinqua ginta illi rethores qui de diversis vocati prouintiis illo concenserunt. in omni sapientia erudi ti cum katherina coram cesare disputatione ceriamine pugnaturi. quos virgo ipsa sacra. maxima in labiis eius diffusa gratia a deo deuicit ut et responsis deficerent. et se conuertendos ad xpm apertos vocibus exclamarent. Lesar ipse furibundus igne fecit cremari. sed vestibus eorum et capillis illeisis multi crediderunt in xpm.

Inde transeutes venimus in locum vbi aula alexandri magni ferebatur stetisse. nam hodie in signum et memoriam eius stat ibi mire altitudinis et latitudinis columna ex lapide uno preciosissima. capitellum habens acutum quic procul cernentibus quasi turris alta apparet. Est autem coloris rubei multis caracteribus inscripta. qui veterū litera fusile gibberetur maior multo et altior illa columna que rome ad sanctum Petrum hodie stat

quā dicunt olim ex alexandria iuxta illam fuisse collocatam et inde romā translatam.
Est talia foris alexandriam altissima colūna quā pompeyanā nominant. quia eam
pompeius in sui memoriam fieri fecit. quā etiā vidūnus in ingressu ciuitatis.

Inde progredientes venimus ad ecclesiam ad sanctam Sabban appellatam edi-
ficaram in eo loco ubi virgo sancta katherina ante passionem suam in curia mora-
batur regali. familiā suam defuncto patre Costo rege cui vnicā crat gubernans. hāc
ecclesiam greci monachi inhabitant.

Locus autem ubi martyr xpī katherina fuit decollata hodie monstratur extra ur-
bem alexandrinā. Suntq; ibi due marmoree colūne magne in eius memoriā quon-
dam erecte. fuitq; ex eo loco corpus eius virginēū angelicis manib; in montem sy-
nai transportatum. Hic locus tempore passionis et martyriū sacre virginis fuit in-
tra ciuitatem alexandrinam que tūc temporis multo maior et latior fuit atq; glorio-
sior qd nūc sit. Est insuper in ipa vrbe ecclesia ad sanctum marcum dicta. quam Jas-
cobite inhabitant in eo loco constructa. ubi ipse sanctus euangelista peribetur ha-
bitasse. et sepe numero diuina ibi officia celebrasse. Quāq; em pro sua humilitate pol-
licem sibi abscederit ut sacerdotio reprobo habere tū dei preualēte iudicio et auctor-
itate petri alexandrie est episcopus ordinatus. Hoc in loco missam in pasca celebrās
fune in collo eius missō tractus est per ciuitatem istam. gratias agens deo. Inde re-
clusus in carcerem a xpō ihu et angelis sibi apparentib; confortatus cum postera die
sterum ad collum eius funem ligarent ac p ciuitatem traherent ait. In manus tuas
domine cōtendo spiritum meum. zita spiritum reddidit creatori. Hoc in loco a ve-
ris religiosis sepultus primū fuit. sed postmodum apud venecias est trāslatus. Est
et alia ecclesia iacobitarum in alexandria que ad sanctum michaalem dicitur. in qua
est sepultura peregrinorū xpianorum qui ibi manētes debitum carnis exsolūū. Hā
z dominus Johannes comes de Holms dominus in Wyntzenberg iunior et no-
bilior inter nos cōperegrinos dissenteria vexatus cum diem ibi clausisset extremū:
omnibus deuotissime susceptis sacramētis. hac in ecclesia fuit tumulatus. Cuius
transitus et mors profecto merori et luctui nobis multo fuit.

Ostenditur quoq; Alexandria locus in quo sanctus Johannes elemosinarius
quondam patriarcha alexandrinus. martyriū suscepit in confessione vere fidei p-
sistens. ut in eius legenda habetur. Sunt preterea in quatuor fonticis xpianorum
in alexandria. pulcre quedam et ornate capelle. capellanos habentes latinos vel re-
ligiosos presbuteros vel seculares quas intermanendū ibi sepius visitauimus. Por-
ro his dieb; quib; alexandrie fuimus. multe naues galee et fustes in portum applicu-
erunt. multeq; siebant depredationes. Nam veneti nauem vnam onerariam neapo-
litanaam que alexandriam properabat spoliaverunt. eo q; tunc temporis graues in-
ter eos et regem Neapolitanum inimicitie et guerre versabantur. Aduenit etiam illis
diebus galea quedam xpianorū de transmarinis partibus in qua alemani quidam
erant qui et dixerunt nil aliud in sua habere galea. nisi nuces auellanias in valore x.
miliū ducatorū. que in orientalib; non crescunt terris et proinde care illiC habentur.
Ferturq; et ultra centum annos ibi sint durabiles. ita q; nec marcescūt nec tabescūt
nec verib; corrodūt. quib; tamē defectib; apud nos ultravnu seruare annū sub-
laccere noscūt. Illis etiam dieb; videntes alexandrini qui per mare vagabātur na-
uem alienam portui applicare. etiam expugnantes ceperunt. captamq; introduce-
runt in portum victores. spolia inter se distribuentes more piratarū. His em naues
alexandriam applicare volentes potenter sunt armate ab ipsis alexandrinis anteq; in
portum venerint spoliantur. quem cum intrauerint secure sunt qdū steterint in co-
strandis etem est sarracenis cura pro custodia portus illius. vnde et duos qui intra-
ciuitatem habētur montes. qui hominū manib; faci sunt assidue cōscendūt ut ma-
ria contemplentur. longe lateq; inde prospicientes si qua videant vela que mox vbi
viderint Amiraldo denūciant. qui cursoriam emittens nauiculam de cōditione in-
quirit aduentantū. Et qdū forte creditu sit difficile tamē omnino ita sele haber qd

narrabo. Ipse Amiraldu sump apud se quasdam disciplinatos habet colubas sic edocatas ut quocumque perrexerint inde in ipsum amiraldi curiam reuertantur. Earum duas aut tres naucleri emissi in occursum naniū secum recipientes educunt per mare. vñqz ad locum in quo aduentantes possunt explorare. vbi mox conscriptam cedulam continentem que scitu necessaria sunt ad collum vnius suspendut columbe. eaque sinunt auolare. q̄ continuo volatu ad mensam vñqz amiraldi zedulam afferens quales sint venientes indicat. Q̄ si post primam emissam colubam aliud quidpiam amiraldo fuerit significandum mox secundam emitunt colubam vel etiam terciam si necessitate fuerit. ita longe anteīqz naues portum intrent amiraldu de eis ē edocutus. dicuntur etiam q̄ alias habet colubas quas vñqz in Chayrum transmittit ad Soldanū tempore quo aliquod repentinū et arduū inciderit negotiū sibi necessario significandū. Porro si naucleri ab ipso amiraldo missi nauīū conditiones inuestigare ne quincerint. hoc ipm per colubas sibi renūciant. qui statim armatas mittit fustes tradens in mandatis ut aduenientes inuadant. depdcentur. et spolient. qđ et faciunt nisi eos inuenerint fortiores ut dictum est iam supra.

Je tandem. xxix. ad loca ciuitatis videnda hincinde euagantes. merces p̄fertim consideramus fonticorū qui omnes pleni mercib⁹ erant. p̄ter solūm fonticum cathaloniorū in quo nil aliud nisi quidam seuissimus iacebat leopardus fune ligatus.

Preterea sarraceni et xpiani passim in eo pariterq; comedebant et bibebant. Januensiū vero fonticus domus vñiqz pulchra et magna erat. et multi negotiatores et merces preciose in ea. Inde ambos venetorum perlustrauimus fonticos. et p̄ter merces quas ibi repperimus copiosas. vidimus strutiones in eis grandes incedere. q̄ ferrū sibi projectum comedebant. Porcū etiam ibi veneti nutriebant quē solum et vnicum in transmarinis partib⁹ illuc consperimus. Multo enim magis sarraceni ab hominātū porcos q̄s indei. qui nec illum vñū paterentur viuere nisi ad p̄ces venetorū Soldanus ei vitam indulisset. Demū thurcorū intrauiimus fonticum. in quo negocianū multis erat tumultus. sic et in fontico mauro et ethiopum. sic et in fontico tartarorum. vbi p̄ter cetera. nobilissimas res id ē homines. vilissimo precio vidimus veniales vñiusq; sexus. iuvenes et iuenculas. pueros et puellas. mulieres etiam quasdam qui parvulos habebat ad vbera pendentes. qui omnes ibi sui expectabant venditionem. et vilissime tractantur atq; turpissime dum ab emporib⁹ probantur sanies sunt aut egri. valentes aut inualidi et c. Denudantur etiam puelle et currere atq; saltare coguntur. et hūc in modū varie exquiruntur an sunt sine defectu vel non et c. Singulis autem noctib⁹ omnes fontici per sarracenos a foris claudūtur ne quis ingredi possit vel egredi. sed et his dieb⁹ ipi in muschkeis congregantur et quādo p̄cipuas habent solennitates. nec sunt in alexandria domus vle dictis fonticis pulchriores et ornatiōres. His perspectis ad mare accessimus vbi magnus erat hominū conuentus circa mercatores qui species aromaticas saccis imponebant. Siquidem dū in camelis species ad mare de fonticis educuntur nauib⁹ inferende. sarracenorū officiales stantes in litore saccos euacuant. p̄scrutantes ne forte aliquid p̄ciosum inter species absconditū effteratur. Lūq; ita circa species laboratur pauperes et inopes multū adcurrunt. ea que manus fugerint imponentiū raptim colligentes. et q̄ furtum auferunt mox in via sedentes vendunt.

Je vero. xxx. octobris due quedam alie veneciane galee venientes de affrica. quas galeas de Traffico cognominant. portū applicuere alexandrinō pari modo ibi onerande sicut tille quatuor q̄ ibi erant iam onerate. Eodē die tractare cepimus et conuenire cū galearum patronis. super nostro cum eis recessu. et pro certo duriores eos nobis repperimus q̄s sarracenos. Nam q̄ sciebant nos cū eis oportere recedere. multū nimis et insolitū a nobis nauib⁹ exigeabant. Factumq; est ut in ipa conuēctione peregrinorū sociates ab inuicem soluerent. illis in istam galeam alijs in aliam se recipientib⁹. nos vero in galea domini capitanei et

domini consulis venetorum esse maluimus. cuius galee patronus. dominus erat Seba
stianus cotireni. cotulerunt se quoque ad nos dominum. Johannes archidiaconus transil-
vianus de vngaria. et frater Felix ordinis predicatorum de Ulma lector. Conventione
autem facta. pluribus adhuc mansimus Alexandrie diebus. inuiti tamen et coacti. ga-
learum expeditione prestolantes. quo in tempore dominus in Solms ut supra memi-
ni. rebus excessit humanis. cuius sepulture et funeri. debitam et oportunam operam impē-
dimus. plancum amarum facientes super eum. Obiit autem in nocte ipsa que die pre-
cedebat omnium sanctorum. Quo mortuo in eam quam cōdiximus secessimus gale-
am. Alexandriam yterius deinceps non ingredientes saltem ad manendum. sed in galea
dormiuimus manducantes et bibentes cum patrono. Persuasum siquidem nobis erat
ut octo vel decem diebus ante galearum recessum. clamdestine eas ingrederemur atque
res nostras non simul et semel sed per partes et diversis temporibus educeremus. quod per
singulas custodias sarraceni de omnibus rebus et personis graue exigunt pedagium si-
ue thelonium. decimum denarium de centesimo iuxta suum copotum recipientes. Sunt
autem tres custodie inter mare et ciuitates. Quarum prima est circa portam inferiorem
que dicit in vrbe. Secunda vero longe ab ea in exteriōri porta que dicit ad mare in-
ter muros ciuitatis. Tercia autem est in litora maris. In his omnibus officiales Soldani.
omnes tam intrantes quod excentes diligenter examinant et perscrutantur. et portissi-
mum mercatores et merces eorum. Ego vero auxilio trutzelmanni nostri Alexandrini
cui non paucos propinavi ducatos. obtinui quod res mee per dictas custodias sine perscu-
tatione fuerunt educte.

Porro die tercia nonembry ad iussum capitanei galea nostra in altum fuit ducta secus
nouum castellum. quia iam naues parate erant ad recessum. vnde omnes peregrini con-
socii nostri qui adhuc in ciuitate manebant ad suas se presentarunt galeas. que omnes
iussi et nutu suo: ex ordine nostre cōiungebantur. iuxta dictum castrum quod profecto
egregium est et forte portum cōcludens muniensq; Alexandrinum. Est enī portus il-
le multum scopulosus. et per scopulos a litore usq; in mare murus multis turribus pre-
clarus et munitus est deductus. atque in extremitatibus scopolorum et muri illius. ca-
strum est extrectum prefatum in mari. quod modernus Soldanus fieri fecit consilio
et industria usus ciuisdam mammalici alemani ex Oppenheim diocesis Maguntine-
nati. qui iam pridem relicto pag. nismo. ad sancte matris ecclesie sinum reuersus est lo-
cuples et prediues.

In portum illum nulla potest ingredi nauis nisi castro huic loco Soldani reuerentia
exhibeat velum remittendo. Verum cum in loco illo cōsisteremus diebus quatuor de-
cim ibi mansimus. longissimas habentes horas et tedium grauissimo affecti. omni quasi
momento galearū transitum expectantes. quo in tempore multis fuerunt vexati mole-
stis galearum patroni. et unus etiam eorum grauter vulneratus a sarracenis. multaque
eis euenerunt incomoda. qui post galee eductionem a terra in altum: denuo ciuitate in-
trauerunt. Illis etiā diebus scisma fuit inter patronos alij recedere volentibus. alij
adhuc manere amplius cōtendentibus. et nisi dominus capitaneus sequestrum se et me-
dium interposuisset. ab inuicem fuissent diuisi. Obstitit enim nec voluit ut quisque recede-
ret donec omnes et singuli expediti essent ad plenum.

Igitur cum dies quinta decima nouembry aduenisset: omnibus ad recessum prepara-
tis. prospero flante vento. solutis nauibus. levatis anchoris. expansisq; velis extra por-
tum enecti. Alexandrinam postergauimus ciuitates. subtracto litora ab oculis nostris
ita quod in crastino longius enecti nullam prorsus vidimus terram vndiq; circundati ma-
ri. Erat autem galea nostra cursus velocissimi vnde et alias longe precedebat. Extunc
panibus deficientibus alexandrinis. patimales siue bis coctos cepimus manducare.
et quod mirum erat in oculis nostris pisces nobis salsi de danubio videlicet sturiones
ministrabatur. sed turci per quorum regiones da nubiis fluit illos ad terras transferunt
sarracenorū a quibus veneti eos emunt. Hauigauimus igitur ex Alexandria per mare

bicarum in mare carpaticum. Unde die sextadecima nouembris optata flante aurave loci cursu intrauiimus mare creticum. et fuimus die. xviij. illucescente projectu sc̄q; ad promontoria Crete siue Candie. insulam tñ ipam nō sumus ingressi. Ingenti vero suum? leticia permoti cum hoc loci venissemus. pro eo q; iam quinq; ferme spacio mensum nullas fideliū videramus terras. iamq; nobis videbatur quasi patriam nostram attingissemus. cum ipsam fidelem et gloriosam insulam Cretam siue Candiam sub oculis habebamus. licet longissimis adhuc distaremus interuallis a solo natali. Quippe qui iuxta cicladas insulas per Helleponū. et seuissimum mare maleum nauigaturi. adhuc Achayam. Albaniā. Dardanū. Corzirū. Hilliricū. Dalmaciā. Schlauoniā. Croaciam. Histriam. et forum Iulij ante nos habebamus iuxta earum cōfinia prouinciarum viam factu n.

Je. xvij. cum ad latus memorate insule crete venissem?. iussit capitaneus cursum galee intercipere. velorum remissione. et projecta schaffa in mare misit p̄ phisico qui in alia erat galea mandans ut cōtius ad se veniret. Cōsul enim venetianus grauiter ceperat egrotare. pro cuius cura phisicus vocabatur. Eius rei gratia inter duas insulas Candiam sc̄z et Nataliam sine prouectione evoluebamur. Ita et sequenti die festo sc̄z sancte Elizabeth instabili vento buc illucq; prouinciamur. quo factum fuit q; omnes galee sic fuerunt cōiuncte q; de vna ad alias colloqui poseramus. sed post paululum mutata aura. mare motu inquietissimo feruercre cepit. nec fuit quicq; in superiorib; galearū quod nō procellis vndiq; illabentibus perfunderetur. et cum sol occidisset. magis ac magis tempestas inualluit. ita q; naucleri et galeothe infirmi superius sub transtria suis iacentes. nec valentes aquarū incidentium ferre perfusionē. magnis apud patronū precibus vix obtinuerunt q; in carinam nauis fuerunt intromissi. rbi species Aromaticæ et merces alie cōseruabantur. Fuerant namq; vizginti galeothæ infirmati in Alexandria de aquis ibi potatis. Nam ciuitas ipa est subitus rbiq; cauata et super testudines edificata. Niloq; ex crescente omnis illa cōcavitas aquis repletur sub domibus neq; sunt alie ibi aque nisi ille de quibus homines et iumenta bibunt. et dicuntur aque ille esse infecte et pessime. Inualescente autē vento imber maximum descendit. et cuncta infudit prius intacta. quo accedit q; patron? et ali⁹ venetiani qui hactenus super castellum in puppi manserant ad nos in carinam fugere sunt cōpuli. eo q; castellum aquis vndiq; replebatur. capitaneus vero et cōsul in profundis pupis camerula clausis desuper hostiis manserunt. Naucleri autē maximos per totam noctē perpessi labores. cōtinuis cursibus et horrendis clamoribus. infirmos grauabāt. quibus nulla requies erat. sed et sani quidā et valentes egrotare ceperunt inter quos unus erat dominus archidiaconus de yngaria. dñs quoq; cōsul magis ac magis cepit destitui. duo vero ex galeothis mortui. nocte eadē in mare sunt projecti. Sed illucescente die que erat vicefima nouembris cepit tempestas ipa paulatim decreescere. ac mare ipm magis magis mitescere. Tandem ad quandam insulam applicuimus cui est vocabulum Ayo. rbi sub castello quod Ayum dicitur fixis navibus per iactas anchoras. in barcis egrediebamur ad litus rbi inuenitis cōsociis nostris peregrinis per montis precipitem et petrosum clinum ascendimus in ipm castellum nyum. et inuenimus inter ascendendū tres ecclesiæ de ritu grecorum. unam inferius circa litus aliam in montis ascensi. tertiā in ipo castello superius. quas ingressi gratias egim? laudantes et glorificantem deum qui nos in terras reduxit christianoū. nihil autem repenitimus venale ex his que victui erant necessaria nec panes neq; oua et c. Nam qui primit ascenderant tulerant omnia. Est autem ipm castellum satis populosum hominib; qui in parvis habitant domunculis quasi tugurijs de fructibus insule viventes. nec sunt alii eiusdem insule habitatores aut incole nisi isti de castello prefato. Estq; insula ipsa ferens satis et pinguis glebe. Est quoq; castellum ipm vetustissimum a grecis quondam potentibus pro maris tutela et custodia super abruptas petras exstructum. Ex eo enim per latissimum mare cōtra insulas cicladas et Candiam patulus habetur prospectus.

Decrepidine montis aqua descendit clara et dulcis. sed non multum frigida. in vasculis tamen reseruata statim frigescit. Sub monte etiam riuus quidam dulcem continens aquam per vallem currens illabitur mari.

Ulm vero dies. xxi. illucesceret clamor ingens cuiusdam lamentabiliter flentis in nostra audiebatur galea. eratque vulnus ille filii domini consulis. qui scilicet consul nocte eadem vniuersitate carnis debitum exsolvens diem clauserat extremum. hunc non solum filius sed cuncti qui virum nouerant plangebat. Jussit itaque filius defuncti patris corpus in terram eductum ponit in capella que ibi in litore erat. super quod illuc positum irruens planctus magnus fecit. quem sui coenobites a corpore auulsum in galeam reduxerunt. Corpus vero exenteratum lotum. vinctum. et aromatibus conditum ligneo locello imposuerunt. pice et clavis bene firmato. sicque venetias ad suum iam pridem electum monumentum ferebant sepeliendum. His omnibus cum interessemus. certa didicimus experientia. confictum esse mendacium. quo dicitur quod corpus exanimi sive mortuum per mare non possit duci. et pretextu illius segmenti peregrini etiam nobiles barones et milites. qui pro tempore in mari rebus excedunt humanis statim in vndas mittuntur nec vel ad terras primas sinuntur rehi gratia sepeliendi. Eodem die quattuor mortuos de galeis sepulture tradidimus in terram que et mater est vniuersorum.

Je. xxij. festo scilicet sancte Ceciliae virginis et martyris cum sustulissimus. in mari magni et spaciosi latitudinē vento non satis bono immo aduerso proorsus incidimus. Qui quidem ventus contrarius. versus Traciam nos impulit. atque sub paucarum spacio horarum si eius fuisset impetum insecuri. Constantinopolim aut Troyam aut Fligropontum. vel altius etiam Athenas mirream et Balathas appulisset. vel etiam in pathmos insulam. Erat quidem ventus ille optimus nauigantibus in macedoniam sed nobis inutilis proorsus. Conatus pinde maximo ad resistendum tali vento a naucleris facto. Tandem cum multo labore. longe sub uno incidimus in portum vnum. desertum quidem sed firmum. Stephanum nomine. et ibi naues stabiluimus. et quattriduo mansimus: tedio grauissimo affecti. vento illo aduerso per momenta singula augmenta capiente. Id quoque preter cetera in malum nostrum adiubebatur quod in nullum castellum introire sinebamur. Audierant enim non paucos ex galeis vita functos fuisse. putabantque galeas omnes peste infectas. siccirco nos abhominabatur et prohibebant. ingressum negantes. neque rendere nobis quicunque volebant. non obstante quod domini eorum ciues scilicet venetiani erant in galeis. Sunt enim loca ista omnia insule et castella sub dominione venetorum licet ea per se non regunt. ut Landiam Lyprum et huiusmodi. sed alicui grecorum committunt regenda et administranda sub tributo. Hyrcia tamē insula de qua supra mentio habita est sub dominio est cuiusdam ducis grecorum qui et Turco tributarius est et confederatus. Sunt autem regiones ille asperae et durissime glebe. sed et aer satis inconueniens. Idque nobis magnopere ibi formidini erat ne forte ibi diutius manere oportaret. quemadmodum Alexandrinis galeis anno accidit superiori. que hoc in loco amplius quam triginta diebus moram facere ob ventorum contrarietatem et pugnam in mari cogebantur. Inde tandem nauigantes in mare malecum mare utique sevissimum peruenimus. in quo plurima pericula consequentibus fuimus experti diebus. que viri nullis possent enarrari verbis aut litteris designari. Et profecto ut est apud virgilium. venimus nymborum in patriam. loca feta furentibus austriis. inter luctantes ventos tempestatesque sonoras. Ibi venti nutu colli principis sui. ut poete singunt velut agmine facto. Qua data porta ruuit et terras turbine perflant. Incumbentes mari totumque a sedibus ymis. Una curusque notusque ruunt creberque procellis. Africus et vastos volvunt ad littora fluctus. Hoc in genere dicto ut historie mos geratur nauigatio ista per mare illud tempestuosum per certis periculosior. et accuratius et latius necesse est ut explicetur.

Situm sub diem, xxvij. novembris mutato vento non quidem in meliore sed
in fortiori. ferbamur contra maleam impetu grandi. ac si vi cam vincere co-
tenderemus. Verum tamen gubernatores nostri paruam spem habentes de
transitu malee. sequitur ventum fortune iudicio se committentes. Si enim
illa die maleam vicisemus. in crastinū motone fuissimus. et cōsequenter facilem nau-
gationem per Achaiam. Moream. Iliricum. Dalmaciam. et Croaciā. in Histriam
et Italiā habuissimus. Est autē malea promontorii grecie asperrimū. quod quinqua
ginta milia passuum infra mare extendit. circa quod vnda adeo seu est. et importune
impellit ut naues pertransire volentes a se repellere et persequi videatur. Porro tene-
navigantes de macedonia et grecia in achaiam et moream. pertransire ad cornū illi⁹ p-
montorii quod est multū altum. acutum. et scopulis de profundo maris in altum usq;
ad nubes se erigens. cīnus cacumen estate et hyeme est niūibus operum. tot autē venti
in cornū illo conueniunt quod mare cōfusissimum reddunt et nauigationē difficultā.
Dum enim navingantes cōtra eam per adiutorium alicuius venti usq; ad aciem perdu-
cti fuerint. mox ut prora rostrum ad modicū extendere incipit. afflant aliquando septem
aut octo aut novem venti. qui omnes prora reuersa nauem cum impetu reūciunt. vnde
sepe cōtingit q; naues per tres aut quattuor menses in illa parte malee manere coguntur.
Illa difficultas semper fuit ibi.

Vnde vetustissimi poete reperiuntur in carminib; suis vronice cōpassi fuisse grecis.
pro eo q; cum dñs pugnantes innumerabilē multitūdine hominū perdiderūt. quos si
seruassent sufficissent ad hoc q; per medium malee gurgitem fodissent et a supremo ver-
tice rupem scidissent usq; ad fundū maris et manib; intersectoz. canale et viam naui-
bus fecissent ne in perpetuū navingantes tantū laborē et tantā temporis perditionē pa-
terentur girando maleam. Et profecto si mons malee esset per mediū diuisus. multo cī-
tius redirent naues de oriente in occidente. et de Asia in Europam. nec potest fieri nau-
gatio nisi quasi ad cōtactum cornū malee. cū reliqua maris latitudo sit tota scopulis ple-
na. Dictus est autē mons ille malea a maleo rege tirrenorii. qui tubā eneam primus
inuenit et in montanis illis degens piratica cede mare infestabat. Fecitq; in monte tem-
plum appollinis. et monte suo nomine nuncupauit. Hunc vero dudum destructo tem-
plo appollinis in cornū malee edificata est capella sancti Michaelis. vnde et vulgares
cornū hoc alam sancti michaelis nominant. et opinantur q; sanct⁹ michael ala sua ven-
tos cōcūtiens stans supra cornū. naues dum sibi placet repellat. Iccirco marinarij invi-
ctoria malee laborantes. orationes ad sanctū michaelē faciunt et vota vovēt ut digne-
tur alā qua ventos mouet et mare cōcūtit retrahere. quaten⁹ possint transire.

In radice malee est ciuitas que Malfasia dicitur. iuxta quam crescit precipuū vinū qd
nominant malfaticū. et ab hoc vino translulū vulgus nomen in vinum creticum. quod
nunc per mundū dicitur malfatum. quod tamen non est de malfasia sed de Creta vel
Lancia vel motona. Laudent autē nauium gubernatores ne ad malfatia portum appli-
cent. quia dicunt pessimos grecos ibi habitare. ideo potius sinunt naues reuerti ad ins-
ulas cicladum per multa maris spacia. et dicunt q; a malitia hominū montana dicantur malea.
Igitur cum tota die cōtra maleam navingassimus et cornū eius attigissimus re-
pente retrisi sumus et adeo impetuosi reiecti q; tota classis fuit dissoluta et nulla galea
mansit cum alia ita prope ut posset aliam videre. et cum hoc sevissimā tempestate passi
sumus ita q; galestroli cogerentur vela tempestatis apta appendere.

Erum die. xxix. iterum cōtra maleaz ire tentauimus licet ventum nō nisi pro-
sex pannis accatomis habuerimus exiguum. nobis autē cōtra maleam p-
rantibus aduolabāt etiā alie galee cōserue nostre quas perdidерamus. Dum
autem aduerserasset prope promontoria fuimus et cōtra cornū velocissimo
cursu properauimus. Sed cum iam aciem attingere velle⁹ et magno conatu una ga-
lea post aliam in suo ordine pertransire satageret. ecce ventus cōtra nos erupit et primas

Galeas rapuit et impetuosisse retrusis cōtra sequentes que accedebant. fuitq; mirabile
vī et nō expertis incredibile q; naues in eodem frēo lateraliter iuncte cōtra se proce-
debat agitate cōtrarijs ventis. ille cōtra maleā pleno velo vehebantur. alie a malea in-
flans velis ecōtrario redibant. et circulum cum nauibus fecimus sicut solent circumire
corisantes. Reiectis ergo omnibus galeis in frēo inutiliter retro maleam iactabamur.
arte obſtentes ne ventus nos in cicladas insulas reportaret et ita diem fieri p̄estola-
bamur.

Je. xxx. que erat Andree apostoli et dominica prima aduentus. surrexit ante
lucem ventus omnino nobis cōtrarius et fortis. Quod videntes gubernato-
res nostri et de transītu malee desperantes. cōmiserunt vela ventis et iactati su-
mus cōtra aquilonem grandi impetu iterum in insulas cicladum longius a
malea q; sit a colonia vlg; venetias extra viam nostram. et intrauimus per scopulos et
rupes festinantisime vī caueis et ingenis multis.

Porro per quoddā canale angustum et strictum ingressi in portum latum et securum
ac montibus altis munitū incidimus in radice insule milo dicte naues stabilientes. Re-
perimus autē in ipso portu quatuor onerarias naues venetianas que venerant de sy-
ria. et in barutho capadocie onera suscepserant mertium. Hi autem qui in nauib; illis
erant cum classem nostrā vidissent ingredientē ad se. cōcrepabant tubis buccinis et tim-
panis rē. et emittebant bombardarū saxa sperica contra montana cōclamabantq; invi-
num vocibus altissimis. pariformiter et nostri faciebant in signum leticie et iocunditas-
tis. et videbatur mare et terra moneri a sonitu bombardarū et clamantium et buccinan-
tium. Classis illa de Syria sicut et nostra multis diebus laborauerat in transītu malee:
sed inuanum. Fuerūt etiam ibi alie naues que de malea in hunc portū fuerāt pīcti.

Rūma decembrib; augmentati sunt venti cōtrarij et disponuerūt se omnes na-
ues ad tps manere in portu illo. Eodez die misit capitaneū nauū syrie nunci-
os per omnes galeas. et inuitauit ad prandium alios capitaneos et patronos
et omnes principales officiales nauū et gubernatores et dominos. et instaurauit gran-
de cōuiuū extra galeam in litorē maris. Descenderunt ergo in terrā tres capitanei sc; z
capitaneus nauū Alexandrinarū cum suis tubicinibus. qui sub se habuit quatuor ga-
leas oneratas preciosis mercibus et bene armatas. Capitaneus item nauū de syria
cum suis tubis. qui etiam sub se habuit quatuor patronos quatuor galearū. Capita-
neus quoq; de Africa aliter de Traffica cum suis habens sub se duas galeas armatas
et oneratas. Isi inquā tres capitanei cum decem patronis et omnibus nauū nobilib;
dñis et officialibus ad tabulas paratas in litorē cōsederunt. Post epulas diuerſis exer-
citijs et solatijs varijs in litorē colludentie pulchrū cernentibus spectaculum prebue-
re. Erant autem in illis decem galeis vt opinor vltra sex milia hominū quorum maior
pars in litorē solatijs et cōuiū causa cōuenierat.
Dic illa aduersa ſcente singuli in singulas galeas suis in scaffis ascenderunt et mansi-
mus in illo portu per dies aliquot.

Je quinta decembrib; facta tranquillitate classem soluimus et tractu remoru; z
naues passim omnes educebantur. quia nō erat tūc ventus sed bonaz̄a id est
tranquillum. Sic enī a nautis maris tranquillitas appellatur. Unde oēs de-
um precabantur pro felici transītu malee. Detrīta vero quidam ita exorabat. Ach pa-
ter omnipotens tantis miserere periclis. Atq; tuis thesauris ventos dimitte secundos.

Igitur cum de scopulis ad mare latum venissemus surrexit ventus lateralis pro
transītu malee inutilis prorsus. processimus tamen contra maleā cum tota classe. sed fa-
cta nocte inuoluit ventus nimis cōtra nos et tenebris ingruentibus facta fuit ſeuiflma
tempes̄ta. Et mare eleuabat sine cessatione ſupra galeam. Eleuauerunt ſe flumina. ele-
uauerūt vocē ſuā mirabiles elationes maris. mirabiles prius. Incidebat pīnde aque
ſupra modū. ita vt audēter dixerim q; in illa nocte vltra centis fluctib; inuoluti fuimus
et vndis operi penit? nō quidē pīnue ſed ſubito nauis operitur et in ictu oculi transīt

Omnia autem superiora galee in aquis natabant. Et ipsi marinarii tota nocte in aqua
currentes vela crebro mutabant.

Porro tempestate illa durante cum naues ab iniicem longius essent separeate rnarri ven
torum acta ad latus nostre galee grande impetu impegit vehementer. baramq; colla
teralem dirupit penitus et destruit nostra vero coquinam fregit eius et omnia que in
ea erant.

Quantum autem terrorem cōtactus ille galearum nobis omnibus incusserit. q̄tus strepi
tus fragor et clamor et angustia fuerit nō facile explicari potest. nos enim qui inferius
eramus in carina omni momento interitum expectantes cōclusi in tenebris trepidi ma
lorem in modum suspensis sic animis stabamus. Cum autem infelix illa nocte transisset
omnes vertiginosi effecti sanctum inuocabamus qua poteramus deuotione Nicolai
cuius imminebat festum dicentes. Suscipe nautarū pater nicolae precatus. Assis et so
lita nunc pietate tuis. vel simile in modum.

Je sexta decembribus rbi lux clara resulit vidimus nos nullum habere adiu
torium et ventum inutilem sortem nimis existere. desperantes ergo iterū vela
vento cōmisimus. qui rapta classe eam cursu velocissimo in cicladas insulas
reportauit ad locum vnde nudiusculi egressi fueramus in portum milo.
ibiq; naues tonsillis alligatis et anchoris immersis h̄ yemare ibi timuimus. pro eo q̄
in diebus patronorū maris mare solito implacabilis habuimus. Sunt enim scdm
marinianorum estimationē singulares patroni maris sanctus Clemens. sancta Kathe
rina. sanctus Andreas. sancta Barbara. sanctus Nicolaus. sancta dei genitrix Maria
et sancta Lucia. omnibus his diebus difficilem habuimus nauigationē demptis vlti
mis duobus. in quibus si maleam nō vicissemus per hyemem totam ibi manere coaci
fuissemus. hoc firmiter tenent marinarii. Multis enim superstitionibus vacani in na
vibus quādo nauigatio nō est iuxta eorum vota. Alij dicebant q̄ peregrini terres sancte
essent in causa quia res furtivas secum ducerent de locis sanctis. vel aquā iordanis quā
similiciter dicunt impedire nauigationem.

Je septima decembribus inutilem ventum habentes. codem mansimus in loco
post prandium vero plures orationis gratia ad litus nauigantes in cappella
que ibi erat in honore virginis Marie dedicata eidem sese cōmendauerunt
Alij cantabant crebro hos versus. deuotius ad virginē ipam clamitantes.
Salue splendor firmamenti tu caliginose menti desuper irradia. Placa mare maris stel
la ne inuoluat nos procella et tempestas obvia. Videbatur autem nobis tanq; sese in
clinans virgo Maria sic nos affaret. vento in melius mutato. et classe ad recessus apta
ta. Pergite iam miseri sancta theotocos inquit. Et velis in flatis portus intrate salubres.
Ante solis ergo occasum portum exiunimus et tota nocte in lumine lune tranquilla na
uigatione profecti ventum sequebamus optatum.

Je autem octava que erat festum cōceptionis beate virginis fortiter processi
mus cōtra maleam eaq; post meridiem cōspecta cōterriti sumus metuentes
iteratam repulsionē. Sed aduerseratante die vento semper in melius con
fotato repente cornu illud seuissimū malee sine labore pene superantes sub
vnius horae spacio decem et octo miliaria pertransiunimus. Hoc cum fieret ingenti om
nes gaudio fuimus exilarati tubicines pre leticia canebant. et omnes galiothe cōcla
mabant omnesq; pariter vociferabantur deum laudantes. Interea vero nocte incidentis
prohibuit ne ventū bonū sequi iuxta votū possemus. q; ad latus sinistrū promontorium
malee habuimus. Ad dexterū autē mare scopulis et cautibus plenū. nec erat portus ut
quē intrare possemus. Iccirco remiserūt gubernatores omnia vela. naues ad latiora lo
ca natare permittentes. dimittentes eas ibi saltem in deuīs aquarum currere sicut cur
rit equus lascivus et effrenis. nunc cum prora nunc cū pupi se erigentes. nunc ad hoc
nunc ad illud latus se inclinantes. et motibus cōtinuis et importunis agitabantur in
ter seuos fluctus nec stabant nec progrediebantur. Propterea noctem inquietissimam

habuimus plusq; in tempestatibus vllis. Statim autē vt sol refulsi quinq; erectis velis. progressi sumus inter scopulos et cautes. atq; die. xiiij. decembris ad Botoñā venimus ciuitatem. Eo tempore per diem naturale centū et triginta miliaria cōfecimus velocissimo nauigio. et inuenimus ibi sex galeas quas ante amiseramus inter tempestates. Ibi ergo portū ingressi et nauibus stabilitis ingressi missam in cōuentu fratrū predicatorum audiuiimus cum multo desiderio qz diu nullā missam audiueramus. Post missam omnes pariter peregrini ex oībus galeis cōgregati cōuenimus in domo dominoꝝ teuthonicorū comedentes et bibentes in leticia multa gratias agentes deo qui nos de magnis liberatos periculis mutua visione fecit letantes. quia ab Alexandria vsq; huic nūc simul omnes fuim⁹. Peracto prandio. qz p dies aliquot didicimus nos ibi manufuros. ppter negociationē mercatorum res nostras in hospitium cōportauimus. Botoña est ciuitas in cornu Achaye sita in terra cōtinenti prope turchiam. vnde turci ad nun dinas ebdomadales illac cōueniunt cum christianis.

Je decimasexta decembris galeas ingressi et classe soluta ad insulam oppositā quam nescio quā ob causam nominant sapientiā applicuimus. et distat per miliare teuthonicum a motona per intermediū canale profundissimū. et qz nō erat vtilis ventus eiectis anchoris classem ad pedē montis sapientie naucleri stabilierunt.

Je. xiiij. in noctis medio dum omnia essent in silentio subito aspirauit ventus salubris et bonus. et statim rupto silentio clamores magni excitab autur per classem. et ad recessum se parabant. levando anchoras. sursum trahendo barchas et scaphas. erigenda vela. soluendo ac cōplicando spiras. que omnia fiunt cum violentia festinatia et cōtinuis ac altis clamoribus. Classe ergo soluta a loco illo eiecti sumus per ventum in altum mareb̄ mox iterum orta est seūissima tempestas cuius similem ante non habuimus. et duravit per diem et noctes duas. Omnes autem domini de castello transfugerunt ad nos in carmā. nec fuit memoria cibi aut potus hac tempestate durante. quia coquina erat in aquis tota.

Je. xix. redeunte vento gratori quo et prius vni fueramus. multas raptim insulas turcorū et christianorū transiūimus. vtputa insulā Samaffra. Limleā. Schefflamā et Azanta. Sopholoniā que capta fuit per turcū anno superiore videlicet Millemo quadragesimo octuagasio.

Je vicesima mane venimus ad insulam Corzicam que alias Corfun appellatur bonam et fertile. Et reperimus ibi classem armatā. et magnam charisti am panis et omnium necessariorū. Iccirco capitaneus classis armate male fe rebat cōquerens de capitaneis classis onerarie qz declinassent in illum portum. cum vix ibi pro suo exercitu necessaria essent. Fuit enim magna multitudo nauium et hominū mirabilis cōpresso. Illa insula est principiū grecie. et est Rhomani portus munimentum. ab ea enim facilis est nauigatio in Siciliam in Trinacriā Hardimā Apuliam et Italiam. Ex opposita eius parte est Morea. Achaia. et in paucis horis vento flante nauigatur in Patras ciuitatem ubi sanctus Andreas crucifixus fuit. et in Constantiopolim et Scutarim et in Lacedoniam insulam. et in ciuitates Sicilie Cathanam et Siracusanā ubi sunt montes ethne. ignem spirantes. in quibus ciclopes fabri Jouis fulmina fabricant km poetas.

Je vicesimatercia sustulerunt simul omnes galee numero decē cum vna nau et vna grippa. atq; ita educta classe extra portū intraūmus cum bono vento canale latum. quod diuidit Corziram et Dardamam insulas. Letabantur autem valde gubernatores nostri de aura bona. quia alias grande periculū imminet nauigantibus in isto canali. pro eo qz in fundo ibi est quedam abyssalis vorago que vomit aquas maris et sorbet. et dū naues ad locū veniūt subsistūt et rotantur

ita q̄ oportet eas funib⁹ trahere de loco illo. **D**agna ergo celeritate nānigauimus im-
pellente nos vento et ad insulas gazopolis venimus percurrentes rupem draconis. Ibi
enī in mari v⁹ supra habitum est rupes quedam est in qua draco olim latans eu-
labat aliquādo supra ciuitatem ex opposito in mōte sitam et suo flatu homines interficie-
bat. vnde homines ciuitatē dereliquerunt que vsc⁹ hodie deserta est habens muros et
tūrres et edes adhuc fortēs et recentes. Sub ciuitate illa deserta vidimus ecclesiā bea-
te virginis in qua dicitur ardere miraculose lampas quedā semper sine humano ammi-
niculo aut somēto aliq⁹ percursis insulis Gazopolis ecce in occasu solis subito horre-
da incidit tempestas tota nocte illa durans cum validissimo et importunissimo vento.
qui grande velum galee nostre in plures dirupit disciditq⁹ partes et multos remos de-
struxit in vno latere. et ollas ac caldaria circa ignem subuertit. ipsumq⁹ ignem extinxit.
Vnde maximus in galea ortus fuit clamor invocantū deum sanctosq⁹ omnes et vota
repromittentū. vnde et illud tunc expansum fuit velum (papafigo italico sermone co-
gnominatū) quod nō nisi in extremo periculo et ultimo exitio apponitur. Sic itaq⁹ na-
vigantes nimio timore percussi per singula momenta submersionis discrimen expecta-
bamus. nimirū procellis vsc⁹ adeo ascendentibus et excrescentibus vndis equore to-
to cōmoto vt nō penitus de galea videretur nisi malus nauis. sed neq⁹ alie galee que in
latere nobis erant iam apparebant simili ex causa. nibilq⁹ erat omnibus in galeis infra-
vel supra qđ aquis maneret intactū. Idq⁹ frequēter accidit nobis inter redeundū ex ale-
xandria. Nec tamen nouū est vel insolitū ibi periclitari naues. cum legamus sanctam
Helenam in hoc mari adriatico passam fuisse tantā tempestatem vt cogeretur vnu claz-
uum quo dominus Iesus cruci affixus fuerat. pūcere in mari vt sedaretur tempestas.
Adeo enī seuum est hoc mare vt nonnūq⁹ in tempestatib⁹ sara grandia de profundo
eleuet. et tanq⁹ lignum per superficiem aque iacet de vna parte golfi in aliam.

Ie. xxiiij. vigilia sc̄z nativitatis domini sedata fuit tempestas. et tediosa tran-
quillitas sive bonatza subsecuta. nec poteramus aliquem portum appre-
hendere vt festū instans celebraremus. In nocte natalis domini eramus in ma-
ri. et per totā noctem fuit tantus tumultus in nauī nostra q̄ vix poteram⁹ di-
tere officium nostrū. galestrolis instinctuī credo diaboli tunc plus solito laborantib⁹
vti semper solent in diebus festiūs. Nec simpliciter laborant. sed cum execrandissimis
iuramentis blasphemis iurgis et cōuicis mutuis zē. Ita noctem illam sacratissimā
pariter et dīe dominici natalis egererunt. Eodē die vidimus finē Albaievel Achaye
et principium regni vngarie. et intrantes illiricum in quendā sterilem portum stannum
dictum applicuimus. Je die sancti Stephani soluta classe procedentes partes Dalmatiae attigimus. et vidimus ibi Ragusū ciuitatem prepotentem de qua etiam supra habi-
tum est et ornatis vndiq⁹ galeis signis et vexillis vt fieri solet magnoq⁹ facto fragore ex
bombardis. in modum triumphi preteriūmus. Nec applicuimus ad ciuitatem. pro-
pter festum tamen et reverentia dominice nativitatis cum trincketo dumtaxat nānigauimus.
Hec ciuitas Ragusina dicitur esse opulentior in christianitate. ibi pulchrum et
notabile cōuentum habent fratres predicatorēs. Deinde venimus in Lursulam ciuita-
tem venetoz que et Prepo vocatur. nec portū trahere poteramus. phibente nos vento.
Sole autē ad occasum vergente incidimus asperrima loca. et ventis cōfortatis ingra-
uatum est mare cōtra nos nimis. Qua propter gubernatores nostri anxij in dubio sta-
bant suspensi. canale asperrimū habentes pre oculis et portum nullū in quē declina-
rent. deuauerant enī a vera cannali per quod alie galee secure ibant. Cum autē venisse
mus ad latiore locū cannalis tentauimus stabilire nauem et immerso bolide inuenimus⁹
excessiu aque profunditatē. et paululū pcedentes iterū inieciimus bolidem et fundum
quidē inuenimus sed nō ad votū quia tamē nox erat obscura in foribus nec sydera ep-
parchant nō poteramus procedere propter stillam et caribdum. Deieciimus ergo gran-
dem anchoram que fundum petens nō inuenit nec scopulos nec sara nec arenam qui-
bus mordacem dentem infigeret. sed currentē galeam sequebatur arans terram de quo

yltra modum torquebat gubernatores. Rursum ergo cum ingenti labore retrati
mus anchorā r̄ in alio loco iniecumus. nec inuenit cui inherere posset. sed cū magno
nōstro periculo galeam sequebatur. tandem tamē h̄esit. debiliter tamē ut videbatur
Ideo nemo nocte illa secure dormire poterat. sed omnes solutionem nauis expecta-
vimus. que si soluta fuisset extremū nobis periculū fuisset.

In die sancti Johannis euāgeliste soluta nauī conabamur procedere. sed nec vē-
torum nec siderum adiutoriū affuit nobis. sed aura obscura que semper nauigantib⁹
est molesta. Tandem inundante pluvia cōvertimus nos in yllirici montana. et por-
tum tortula dictum intrauimus. in quo alias duas galeas nostre classis repperim⁹.
terat portus inhabitabilis. desert⁹. et maledictus. in q̄ magno tedio fuim⁹ affecti et cetera.

In die innocētū classem soluimus et cum prospere vento profecti vidimus ad
australem plagam Apuliam ytalie per maris brachii Atrinacia et Sicilia diuisa z
rin cornu apulie quod in adriacum mare extenditur vidimus montem Harganū.
In huius montis radicib⁹ est Sepontus ciuitas olim a Diomede montis victore
condita. Ibi fuit palladis templū in quo diu seruata sunt epiph⁹ frumenta. in quo etiā
bipennes eree et arma diomedis deposita ostendebantur. In hoc monte Anno dñi
quadrinūgentesimo octuagesimo primo. fuit facta apparitio sancti Michaelis. In p-
cessu venimus ad opositum Lizine ciuitatis dalmacie. sed repente lizinam poster-
gantes in Cravaciā projecti sum⁹ et circa solis occasum de latitudine maris ad mō-
taria cravacie que est natīo vna dalmacie declinantes inter scopulos et rupes Si-
bicienses naues alligauimus in portu sterili. qui tamē erat tutus et bene munitus.
In montib⁹ em⁹ et collibus maritimis iuxta quos portus tui sunt stante signa q̄ na-
uigantes cernentes confugiunt de mari tempore periculo ad loca illa. Mansimus
autem in portu illo usq; ad sextum diem cum tedio maximo. Venerū in die sancti sil-
uestri. pene omnes de galeis in insulam adiacentem nauigauimus. in qua inueni-
mus vnam capellā in iuxta quam fuit domus fratrum de tercia regula sancti fran-
cisci. Capella hec de gratia marie nūcupatur ubi virgo ipsa gloria in innumeris
choruscat miraculis. Ad eā etiā in marinis p̄stituti periculis multi se denouerū mul-
ta offerentes cum illo salutē peritenerint.

In crastino die videlicet circūcis̄ ionis mane galeam exēentes in eadem capella ce-
lebravimus. Ipsa etiā die villam pertransiūmus que kano de cista appellat. Et
de veteri more et consuetudine id ibi obseruatur q̄ ubi eōventum fuerit. quisquis in
galeis et nauibus alteri quidpiam debet. mox soluere compellitur et satisfacere q̄ sen-
tentiam iudicij in singulis galeis ad hoc deputatorum cui cōtrauenire nemini licet
neḡ ab ea appellare. Alio quoq; dissensiones et discordie si q̄ sunt in galeis p̄ eosdem
iudices et arbitros sedantur modis oportunis.

Die secunda Januarij ubi ventus conquievit eduxerūt classem extra portum il-
lum sed cum in latum venissimus surrexit ventus contrarius repellēs triremes cō-
tra appuliam et video magna vi reduximus naues ad montana cravacie. et in portū
larimo dictum incidimus. ibi qz naues stabiluimus et spectantes ventum. Solacio
sus fuit portus ille. altissimis scopulis circumdatus et profundissimum habens canale
eduici autem nos fecimus et in cacumen altioris scopuli vel rupis manib⁹ reptantes
de rupe ad rupem ascendimus usq; ad signum qđ in summitate demonstrans por-
tum ibi stetimus. et longe lateq; per mare resperimus. et coniectis oculis in occiden-
tem maxime exultationis et iocunditatis hausimus occasione. Vidiūs em⁹ a longe
nuuos nostros alpes suis candidis cacuminib⁹ nubes attingentes. qui faciūt ter-
minū maris et finē ytalie et lombardie et principiū alemanie. Sub mōte ē villa qđam
quā ingressivt emeremus aliqd nihil in ea repperimus nisi pauperrimos schlauos.

Die tercia Januarij cum bono vento portū illū egressi veloci cursu ad zaram ci-
uitatem veterem venimus. et deinde nouā zaram quā nauib⁹ stabilitis ingressi sumus.

Sequenti die mansimus ibi et ecclesias ac reliquas videntes corpus sancti senis
Symeonis in ecclesia metropolitana repperimus.

Nocte sequenti incidimus in Cornerum qui est pessimum maris districtus r periculosis quia mare ibi rapidissimo cursu contra anchoram tendit et nisi gubernatores arte et industria prohibeant mare nauem rapit. et in portum anchorensem longe positum deportat. In illo cornero grauissimam noctem egimus et tempestate valde horribilem passi sumus et quietudinem.

Illucescente autem die mitigatus est ventus et venimus in Histriam que est natione dalmacie et polam ciuitatem vidimus. et circa vesperas in portum rubinensem venimus. De nauibus autem exentes in ciuitatem Rubinam que in monte est ascendimus ad vesperas in ecclesiam sancte Eusemie virginis. Auditis vesperis quod collegium est ibi. aperuit nobis prepositus ecclesie tumbam sancte Eusemie virginis. et corpus eius integrum vidimus. Miraculose enim de calcedonia ubi fuit martyrisata venit in eadem grauissima tumba per undas in rubinam his vasis naves reingressi sumus.

Die septima soluta est classis et nauigauimus usque ad parentium ciuitatem histrie tillo die ibi deguimus. qua ad uesperas cete classe reingressi et nocte leuatibus anchoris cum optimo vento nauigauimus. et cum ingenti leticia. valde enim periculorum est ibi quando non sunt venti optati. pre leticia ergo noctem illa pene insomne duximus et mane.

Die octaua venicias ciuitatem vidimus. Porro quodcito veneti nos viderunt. oes campanas ciuitatis copulsauerunt. et plurimi in barcis obuiam nobis uenerunt uti soliti sunt facere in aduentu felici et secundo nauium vel galearum suarum. Ante portum sancti Nicolai extra castella classe stabilita multoque auro patronis soluto. in barcis portum et ciuitatez ingressi sumus in hospitia nostra. letates maiorem in modum atque gaudentes. nimurum quod optata denuo litora apprehendimus. multum plus et terris iactati et alto. Sed et magnifice deo gratias egimus qui nos de magnis sepe periculis et angustiis sua clementia et misericordia atque beatissime virginis et martyris katherine haud dubium interuentu liberavit reduxitque cum salute ipse omniu[m] saluator et liberator Christus ihesu in secula benedictus Amen.

Secunde peregrinationis ad diuam virginem et martyrem katherinam in monsem Synai processus finit feliciter.